

tia tantum, ut quæ ad certam aliquam corporis partem referuntur, aut certos quosdam morbos peculiariter curant. Est autem huiusmodi medicamentorum distributio, non solum magis artificiosa, sed ad morborum curationes utilior, cum sic ex multis ad eundem usum pertinentibus, commodiora deligere liceat, & in quorundam inopia alia substituere. Sed plerique omnes ex Galeno, & aliis collegerunt tantum singularia, quæ per suos locos digesserunt. Pauci artem ipsam qualitates istas earumque gradus discernendi docuerunt, & qui id fecerunt plerique imitati sunt Galenum qui primus & copiosissime diligentissimeque hoc præstitit in prioribus quinque de medic. simplicibus libris. Neque id mirum, est enim per quam difficile suos cuique qualitati gradus assignare, graduum differentias, (hoc est, initia fines & media) difficilius. Plurima diuersis aut contrariis viribus constat, de quibus minimè facile est pronunciare. Et sæpè in hoc iudicio, ut supra dixi, Galen. etià hallucinatur. Non ideo tamen negligendum hoc studiū est, quoniam non nihil difficultatis habet. sat enim fuerit, si non exactè & per demonstrationē quæ proximè tamè fieri potest, & fide digna cōiectura remediorū facultates cognoscere. quæ quidē cognitio longè præfeda est illi, quæ circa plantarum historias & nomina versatur, ab homine medico videlicet, non enim de Grammaticis aut Philosophis nuncloquor. Itaque hortor omnes rei medicæ stu-

ca stu-